No. ________________

THE TRVSTEES OF THE PVBLIC LIBRARY OF THE CITY OF BOSTON 1852 · 1878
LVX OMNIVM CIVIVM

PURCHASED FROM THE INCOME OF THE
JOSIAH H. BENTON FUND

Fundamentum eterne feliciatatis oībus hoībus vtiliſſimū

Sedecím ſigna ꝑ que ꝯiecturare poſſumus aliquē fore de numero electorū vel dampnatorū: vt in fine.



Brown Fund Acc 89-299

Incipit tabula huius libelli.

Querit iudeus q̄rit paganus puero chriſtiano q̄uo probat̄ φ baptiſmus ⁊ fides ſunt nccãria ad anime ſalutem pagina p̄ma
Quot ſunt articuli fidei chriſtiane ibidem.
Quis eſt p̄mus articulus ⁊ q̇s eū cōpoſuit ibidem
Quis ſcd̄s articulus ⁊ q̇s eū ꝯpoſuit ⁊c̄ÿs. pa.ij.
Quid eſt oratio definitiue. deinde quomodo ⁊ quid eſt orandum pa.vi.
Quot ſunt petitiones in orōe dominica ibidem
Que ſit prima petitio. que ſcd̄a. ⁊ ſic de aliÿs pa.vij
De cauſis quare nō exaudiūtur orantes pa.ix.
De effectu orationis pa.xi.
In oratione dominica petunt̄ ſeptem dona ſpūſſancti cōtra ſeptem peccata mortalia pa.xij.
Quid ſit peccatuꝫ definitiue. ⁊ que eſt illa lex diuina ad quā nos deus obligat ſub pena peccati pa.xiij
Quid Seneca dicit de turpitudine pct̄i q̇d Tullius
Q̄uo diuiditur peccatum. quid ſit peccatum veniale quid peccatum mortale ibidem
Quare peccatū dicitur veniale. ⁊ quot modis delet̄ tale peccatū abſq̄ confeſſione pa.xiiij.
Quot ⁊ quanta damna facit in nobis vnum peccatum mortale ibidem.
Quot ſunt peccata mortalia pa.xv.
Quid eſt ſupbia ⁊ que eius filie pa.xvi.
Quid ē inanis gl'a ⁊ q̄re nēo aſſumet ſibi gl'aꝫ ibidē
Quid eſt auaricia. quid Salomon. quid Dauid. q̇d Areſtoteles. q̇d Iuuenalis. q̇d Cato. q̇d Tullius. ⁊

quid Saluſtius dicūt de auaricia ꝛ de filiabus aua
ricie que ſunt ſeptem. pa.xvij.
Quot filias genuit diabolus pr̄ ex auaricia mr̄e ꝛ q̄
bus pſonis illas in hoc ſeculo deſpōſauit. pa.xix
Quid eſt luxuria.q̄d Paulus q̄d Catho dicūt de lu
xuria.ꝛ quāta mala facit luxuria. ibidem
Quot ſunt ſpēs luxurie ꝛ quot filie eius pa.xx.
Quid eſt inuidia ꝛ quāta mala facit inuidia. ꝛ quot
filie eius. pagina.xxij.
Quid eſt ira ꝛ q̄nta mala facit ꝛ q̊t eius filie ibidē
Quid eſt gula ꝛ quot modis peccatur in gula ꝛ quot
eius filie. pa.xxiij.
Quid eſt ebrietas.quid doctores dicāt de ebrietate.
vtrū ſemꝑ ſit peccatum mortale. pa.xxiiij.
Quid eſt acidia.q̄d Catho.q̄d Salomō.q̄d Labo
rintus dicāt de ipſa.ꝛ quot eius filie. ibidem
Quot ꝛ que ſunt ſacramēta eccl̄ie.ꝛ quare xp̄s illa in
ſtituit.ꝛ de q̄bus iuuenes debēt cōfiteri pa.xxv.
Quot ꝛ que ſunt dona ſpūſſancti. ꝛ quare dicunꝶ do
na ſpūſſancti ꝛ quid operanꝶ in nobis pa.xxvi
Quot ꝛ que ſunt oꝑa miſcḋie corporalia pa.xxvij.
Quot ꝛ que ſunt oꝑa miſcḋie ſpiritualia pa.xxviij.
Quot ꝛ que ſunt beatitudines anime ibidem
Quot ꝛ que ſunt peccata aliena. pa.xxix.
Quot ſunt pctā in ſpiritum ſcm̄.ꝛ quare dicunꝶ plus
peccata in ſpm̄ſanctū q̄ in patrē ꝛ filium ibidem
Quomodo intelligiꝶ hoc ꝙ peccatū in ſpiritūſanctū
eſt irremiſſibile. pagina.xxx.
Qꝛ frequens memoria nouiſſimorū nos multum re-
trahit a peccatis. Ibi nota pulcrā expoſitiōem beati

Bernardi ſup illo.vtinā hoīes ſaperēt ⁊ intelligerēt et prouiderent nouiſſima ibidem.
De pmo nouiſſimo ſcȝ morte q̇d ait Bern̄. pa.xxxi
De ſcdo nouiſſimo qd eſt extremū iudiciū pa.xxxij
De tertio nouiſſimo qd eſt gehenna ignis pa.xxxiij
De quarto nouiſſimo quod eſt gl'a celeſtis. Uide ibi multa bona pagina.xxxiiij
Quid faciendū eſt vt gehennā ignis euadamus et celeſtem gloriā poſſideamus pagina.xxxv
Sup illo verbo.declina a malo ⁊ fac bonum Ibi nota ꝙ triplex bonum eſt faciendum ibidem
Quid eſt gratia dei ⁊ ad quid eſt vtilis pa.xxxvi
Qꝫ triplex eſt gratia.ſcȝ generalis.gratis data.⁊ gratum faciens. ibidem.
Quid eſt virtus ſm phm ⁊ Auguſtinū. pa.xxxvij.
Quot ſunt virtutes quibus tota vita chriſtiana regitur. pagina.xxxviij
Tres ſtꝫ ꝟtutes theologice.q̄ttuor cardinales ibidē
Quid eſt fides.⁊ quotuplex. pa.xxxix.
Quid eſt credere in deū.nota illic Auguſtꝫ. ibidē.
Quid eſt ſpes.nota ibi verbū cōſolatorium Joānis chryſoſtomi ibidem
Quid eſt charitas ⁊ q̇t ſtꝫ ex ordine diligēda pa.xl.
De ꝟtutibꝫ cardinalibꝫ quō dr̄nt a theologicꝫ ibidē
Quare deꝰ vni īfundat grām ſuā ⁊ alteri nō pa.xli
Quid eſt prudentia.⁊ quot eius ptes ibidem
Quid eſt iuſticia ⁊ q̇t ſunt ptes iuſticie ibidem
Qꝫ pagani ſumme obſuarūt iuſticiā.ex^m bonū pa.xlij
De partibus iuſticie Et nota ibi q̇d ſit religio ſeu latria.q̇d dulia.q̇d hyperdulia.q̇d reuerētia.q̇d gratiarū

actio.q̄d ingratitudo.nota ibi Bernardū ibidē.
Quid eſt foꝛtitudo ⁊ que partes eius pa.xliij
De magnimitate.de magnificētia.⁊ ꝯſtantia ibidē
De pſeucrantia.⁊ de patientia ibidem
Quid eſt tēperantia ⁊ quot ſunt ꝑtes eius ibidem
De continētia.clemētia.modeſtia.verecundia.abſti/
nentia.ſobꝛietate.pudicicia.⁊ caſtitate pa.xliiij.
Quare dicat dominꝰ in euāgelio. niſi fueritis ſicut
puer iſte ⁊c̄. ibidem
Que virtutes ſunt cōtra ſuperbiam pa.xlv.
De humilitate ⁊ obediētia reſpectu ſupioꝝ ibidē
Que virtutes ſunt contra auariciam pa.xlvi.
Cōtra diuites multe ⁊ terribiles autoꝛitates ibidē
Quot ſunt genera elemoſynarum ibidem
Quāta bona facit elꝭyna.pulcre autoꝛitates pa.xlvij
Que virtutes ſunt contra luxuriam. Ibi nota ꝙ tri/
plex eſt caſtitas.ſcꝫ virginalis.vidualis.⁊ cōiugalis.
De virginitate pulcre autoꝛitates.et quis ſit fructus
eius pagina.xlviij
Que virtutes ſunt ꝯtra irā. Ibi nota de patiētia.q̄d
ſit māſuetudo.quid mititas pa.xlix
Que ꝟtutes ſtꝰ ꝯ inuidiā.nota ibi de charitate pa.l.
Que ꝟtutes ſunt ꝯ gulā.nota ibi de ſobꝛietate.de ab
ſtinētia.⁊ de ieiunio.nota autoꝛitates ibidem
Que ꝟtutes ſunt ꝯtra acidiā. Nota ibi diligenter ꝙ
debemus ſp̄ oꝛare aut aliq̄d boni legere. pa.li.
De ocio malo ⁊ vituꝑabili ⁊ ocio bono ⁊ laudabili.
Et de triplici ſtudio.nota in fine pagina.lij.liij.

Finis tabule

¶ Nutrix verbigene confer mihi ſcribere recte

De articul' fidei et q̄d credendū ſit

Querit iudeus q̄rit paganus. es tu chriſtianus. Ego rn̄deo: ſum. quare. q2 baptiſatus ſum ⁊ articulos fidei mente credo ⁊ ore ꝯfiteor. Querit deiñ an baptiſmus ⁊ fides chriſtiana ſunt ad ſalutē aīe neceſſaria. Dico ſic. Quō ꝓbat'. dico ꝑ dn̄m in euangelio dicentē. Quicūq3 nō crediderit nec baptiſat⁹ fuerit ſaluus eſſe nō poterit. ¶ Contra multi martyres ſaluati ſunt ⁊ nō baptiſati. ⁊ multi alij nō martyres Dico q᷑ illi martyres baptiſabant' baptiſmo ſanguinis. multi alij baptiſmo flaminis. id eſt ſpūſſancti. Nos autē baptiſamur baptiſmo fluminis. id eſt aqua

Quot ſunt articuli fidei quos mēte credis ⁊ ore cōfiteris. Dico duodecim ſm q᷑ ſunt duodecim apoſtoli ¶ Quis eſt pͥmus articulus fidei. ⁊ q̇s apoſtolorū eū edidit. Dico ſanctus Petrus pͥmum ꝯpoſuit cū quo ego ore confiteor. Credo in deū patrē omnipotentē creatorē celi ⁊ terre. Qualiter cōcordat cū illo antiquū teſtamentū. Dico q᷑ ſic. In pͥncipio creauit deus celū ⁊ terrā. Et eccleſia poſtea addidit vnū: cōtra errores gentiliū qui poſuerūt eſſe plures deos. Concordat etiā antiquū. Audi iſrael dominus deus tuus vnus eſt ⁊ nō habebis deos alienos coram me ¶ Contra. dn̄s ad apl̄os ait. vos dij eſtis. ergo plures ſunt dij. Dico q᷑ ꝑ naturā ⁊ eſſentiam tm̄ vn⁹ eſt deus, ſed ꝑticipatione nihil ꝓhibet plures eſſe deos.

Secundus articulus fidei.

QUis eſt ſecūdus articulus fidei. ⁊ quis cōpoſu/
it. Dico ſanct⁹ Andreas. cū quo ego mēte credo
et oꝛe cōfiteoꝛ. Credo in ieſum xp̄m filiū eius vnicū
dn̄m noſtrū Quis ꝓphetaꝝ cū eo ꝯcoꝛdat. Dico Da
uid. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu ego hodie ge
nui te. Qualiter Abacuc. dico. Ego aūt in domino
gaudebo ⁊ exultabo in deo ieſu meo.

Tertius articulus fidei

QUis eſt tertius articulus fidei. ⁊ quis cōpoſuit
Dico ꝙ ſcūs Joānes euāgeliſta. cum quo dico.
Ego credo ꝙ ieſus chꝛiſtus ꝯceptus eſt de ſpū ſancto
natus ex maria virgine. Qualiter Eſayas cū eo. di
co ꝙ ſic. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit
nomē eius emanuel. Qualiter vaticinata eſt Sibyl
la erichtrea de t̄tio articulo. Dico ſic. Naſcet in die
bus nouiſſimis de virgine hebꝛea fili⁹ in cunabulis
terre iuda. Quō ſibylla delphica. Dico ſic Naſcetur
ꝓpheta abſq; maris coitu de femina nomine Ma
ria ex ſtirpe iudeoꝛum.

Quartus articulus fidei

QUis eſt quartus articulus fidei. ⁊ q̄s eum cōpo
ſuit. Dico ſanct⁹ Jacob maioꝛ. cū quo ego cre/
do ꝙ ieſus chꝛiſtus paſſus eſt ſub pōtio pylato cruci/
fixus moꝛtuus ⁊ ſepultus. Cū quo ꝯcoꝛdat Zachari
as. Aſpiciēt in me oēs quem crucifixerūt ⁊ plangent
eum. Scdo concoꝛdat Eſayas. Tanq̄ ouis ad occi

ſionē ductus eſt: vere languores noſtros ipſe portauit Tertio Dauid. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos ⁊ dinumerauerūt om̄ia oſſa mea. Quarto ſibylla helleſpōtica. Felix ille deus ligno qui pendet ab alto

Quintus articulus

QVis eſt quintus articulus ⁊ q̄s autor eius. Dico ſanct⁹ Thomas. cū quo ego credo ꝙ chriſtus deſcendit ad inferna tertia die reſurrexit a mortuis. Quis ꝓphetarū cum eo ꝯcordat. Dico Ozee ꝓpheta O mors ero mors tua morſus tuus ero inferne. Itē In die reſurrectiōis mee cōgregabo gētes. Scḋo cōcordat ſibylla phrygia. Naſcetur xp̄s ſuſpendebūt illū ⁊ occidēt. ⁊ nihil eis valebit qm̄ tertia die reſurget

Articulus ſextus

QVis eſt articulus ſextus ⁊ q̄s autor eius. Dico ſcūs Jacobus minor. Cū quo credo ꝙ chriſt⁹ aſcēdit ad celos ſedet ad dexterā dei omnipotētis Quis prophetarū cū eo cōcordat. Dico Amos. Qui edificat aſcenſionē ſuam in celo dn̄s nomē illi. Secundo Dauid. Aſcendit in altū captiuā duxit captiuitatē

Articulus ſeptimus

QVis eſt ſeptimus articulus fidei. ⁊ q̄s fecit illū Dico ſanctus Philippus. Cum quo ego credo ꝙ chriſtus inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Quis prophetarum cum eo ꝯcordat. Dico Malachias propheta. Aſcendam ad vos in iudicio ⁊ ero velox teſtis. Secūdus eximius propheta Dauid Iu

dicabit orbē terre ⁊ populos in equitate ſua

Articulus octauus

Quis eſt octauus articulus ⁊ q̄s autor eius. Dico ſanctus Bartholomeus. Cum quo ego credo in ſpiritumſanctum. Quis prophetarū cū eo concordat. Dico Johel propheta dicens. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Secundo Salomon. Spiritus domini repleuit orbem terrarū

Articulus nonus

Quis eſt articulus nonus fidei. ⁊ quis apoſtolorum compoſuit. Dico ſanctus Matheus. Cū quo ego credo in ſanctam eccleſiam catholicaꝫ. id eſt credo in ſpiritūſanctum ſanctificantem vniuerſalem eccleſiam. id eſt electos dei ex quibus conſtat eccleſia Quis prophetarum cum eo ꝯcordat. Dico Dauid Cōfitebor tibi in eccleſia magna. Secūdo Sophonias. Inuocabunt oēs nomē domini ⁊ ſeruient ei humero ſuo. Matheus dicit. Si peccauerit in te frater tuus dic eccleſie. ⁊ ſi eccleſiam nō audierit ſit tibi tanq̄ ethnicus. id eſt gētilis ⁊ publicanus.

Articulus decimus

Quis eſt articulus decimus et quis auctor eius. Dico ſanctus Symō. Cum quo ego credo ſanctorū communionē ⁊ peccatorum remiſſionē. Quid eſt cōmunio ſanctoꝝ. Dico ꝙ oēs orationes. omnia ſuffragia. ⁊ oīa bona ſpūalia ab alio facta valēt alteri qui vnitus eſt ſecum in charitate. Quis prophe

tarum cum eo concoꝛdat. Dico Dauid dicēs. Parti ceps ego ſum omniū timentiū te ⁊ cuſtodientiū man, data tua. Secundo de peccatoꝛum remiſſione cōcoꝛ, dat Micheas pꝛopheta. Deponet oēs iniquitates noſtras ⁊ ꝓijciet in pꝛofundum maris.

Articulus vndecimus

Quis eſt articulus vndecimus ⁊ quis autoꝛ eius Dico ſanctus Judas thadeus. Cum quo ego credo carnis reſurrectionem. Quis pꝛophetarū con coꝛdat cum illo. Dico Ezechiel pꝛopheta dicēs. Aperiam tumulos veſtros et educam vos de ſepulchꝛis veſtris. Secundo Job. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum ⁊ in carne mea videbo deum ſalua, toꝛem meum.

Articulus duodecimus

Quis eſt duodecimus articulus ⁊ quis compo, ſuit. Dico ſanctus Mathias Cum quo ego cre do vitam eternam amen. Quis pꝛophetarum cum eo cōcoꝛdat. Dico Daniel pꝛopheta. Multi de his qui doꝛmierūt in puluere terre euigilabunt: alij in vi, tam alij in oppꝛobꝛium. Secūdo Dauid Tu reddis vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Tertio Johānes Apoc. vlti, mo. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecum eſt reddā vnicuiqꝫ ſm opera ſua.

Sequitur de oꝛatione dominica et quid oꝛandum eſt

Quid eſt orō. Dico orō eſt affectus mētis in deū et ideo in orādo debemus corda nr̄a ad deū ele/uare vt canit̄ in miſſa. Surſum corda habem⁹ ad dominū. Ergo ille pp̄ls nō orabat ꝓprie de quo dn̄s conquerit̄. Hic pp̄ls labijs me orat cor aūt eoꝝ longe eſt a me. Quero tibi qūo ꝛ quid orandū eſt. Dico ꝙ dominus nr̄ in euāgelio docet nos orare dicēs. Sic orabitis. Pater noſter qui es in celis. ꝛc̄. ¶ Qūo diuiditur orō dominica. Dico ꝙ in tres ptes. ſ. in exordiuꝫ. in tractatū. ꝛ in ꝯcluſionē. Quid fit in exordio. Dico ꝙ in eo beniuolētia dn̄i captatur. nō ꝙ ip̄m flectamus neqꝫ beniuolentiā preueniam⁹. ſed vt in nobiſipſis de ſua beniuolētia certā fiduciā excitemus. ꝛ ideo dicimus pater. qꝛ eius filij ſumus. noſter qꝛ datus eſt nobis. qui es in celis. i. ſanctis. Dicamus ergo pater in quē credimus. noſter quem diligimus. qui es in celis de quo ſperamus. Pater qui es ſpeculū trinitatis corona iucūditatis. thezaurus felicitatis.

In oratione dn̄ica ſunt ſeptem petitiones

Quot ſunt que petimus in oratōe dominica. Dico ſeptē. Primo petimus. Sāctificetur nomē tuum vt ſit mel in ore. iubilus in corde. cythara in aure. Quid ſequit̄ hic poſt exordium. Dico tractatus orōnis. in quo ꝑ ordinem quinqꝫ petimus Primo petimus. ſanctificetur nomē tuum. nō hoc petimus quaſi nomen dei nō ſemꝑ ſit ſanctum. ſed ideo vt ip̄m nomen dei ab oībus hoībus habeatur clametur ꝛ con/

fiteatur sanctū.que petitio ptinet ad dei glām in om nib⁹ ppagandā. Sanctificet ergo nomē tuū sc3 in in/ tellectu noſtro p verā cognitionem.in affectu p vera3 dilectionem.in memoria p firmā inheſionem

Secunda petitio

QUe eſt ſecūda petitio in orōne dominica. Dico ſecūda eſt. Adueniat regnū tuum: iucundū ſine pturbatione.tranquillū ſine pmixtione.ſecurum ſine amiſſione. Hoc nō ita petimus q̄ſi deus nunc nō reg net.q2 dicit Dauid. Rex om̄is terre deus.ſed iō illud petimus ſm Auguſtinū vt nobis adueniat regnum ꝛ in eo regnemus. ꝛ vt ſic ad id regnum noſtrum deſi/ derium excitemus.

Tertia petitio.

QUe eſt tertia petitio in oratione dn̄ica. Dico ter tia petitio eſt. Fiat volūtas tua ſicut in celo ꝛ in terra.vt que tu odis nos odiamus.ꝛ que diligis nos diligamus.ꝛ que tu p̄cipis nos impleamus. Fiat er/ go volūtas tua in peccatoꝝ cōuerſione p opus penitē tie.in ꝯuerſorum ſanctificatōe p munus gratie.in ſan ctificatoꝝ ſaluatiōe p bonum pſeuerantie.

Quarta petitio

QUe eſt quarta petitio. Dico. Panē noſtrum q̄ti dianum da nobis hodie. Da panē materialem panē doctrinalem. panē ſacramentalē. Quotuplicē panem intelligis p panem. Dico triplicem. Primo panē corporalem ꝛ materialem.ꝛ p illū intelligo om

nem ſufficientiam victus ⁊ amictus pro ſuſtētatione ſubſtātie noſtre. Secundo intelligo panem doctrine vt prelati et doctores eccleſie veritatem tuam nobis prudēter diſpēſent. ⁊ ſi negligant vt tuipſe des nobis panem iſtū ⁊ paſce nos per occultam ſpūſſancti inſpiratōem. Tertio intelligo panem ſacramentalem ad impugnationē amoris. cuius quotidianus vſus cum debitis circūſtantijs proficit multum homini.

Quinta petitio

QUe eſt quinta petitio. Dico. Et dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Dimitte nobis debita noſtra que cōmiſimus cōtra te. cōtra proximos noſtros. vel ꝯtra nos metipſos. Qūo dicit chriſtus in euangelio. Dicit Si dimiſeritis hominibus peccata eorum dimittet vobis etiā pater veſter celeſtis peccata veſtra. Si autē nō dimiſeritis alijs nec pat̄ veſter dimittet vobis peccata veſtra. O nota verbum horribile multis. qui nolunt proximis ſuis dimittere. ſed modis omībus ledere eos ⁊ ꝯfundere cōcupiſcūt. ideo aduerſum ſe irā dei prouocare videntur qui hominibus ſeruant iram et a deo querūt miſericordiam.

Sexta petitio.

QUe eſt ſexta petitio. Dico. Et ne nos inducas in tentationem: noſtre carnis. mundi fallacis. ⁊ demonum rapacium. Quotuplex eſt tentatio. Duplex. ſcʒ bona. ⁊ mala. Tentatio bona eſt qua tentat nos deus. Ita dicitur in ſcriptura. Tentat vos deus

vt palam faciat vtrū diligatis eum. Ita dicit David Proba me deus ꝛ tenta me. Tentatiōe mala tentāt nos tria.ſcꝫ mūdus.caro.ꝛ diabolus. ꝛ ꝑmittit nos deus tentari iſta mala tentatione.tñ ad bonū noſtrū Nam dicit Jacob. Beatus vir qui ſuffert tentationem quoniam cum ꝓbatus fuerit accipiet coronā vite Item.fidelis deus qui nō permittit vos tentari vltra id quod poteſtis. Unde dicit Gregorius. Quotiens reſiſtis totiens coronaberis.

Septima petitio

Que eſt ſeptima petitio. Dico. Sed libera nos a malo.libera nos a malo p̄ſenti.p̄terito.ꝛ futuro. Et ſequit̃ tertia pars in qua poſt exordium ꝛ tractatum ſequitur concluſio ꝛ p̄dictarum petitionū cōfirmatio cū dicitur. Amen.ꝛ eſt dictio hebraica q̄ interp̄tatur vere.fideliter.aut fiat.ꝛ ita cū dicim⁹ Amē optamus vt vere fiant omnia q̄ ſupra petiuimus.

De cauſis quare nō exaudiuntur orantes

Quot de cauſis orantes nō exaudiunt̃. Dico ꝓpter decem. Prima eſt ex meritis culparū orātis. Eſaye p̄mo. Cum multiplicaueritis orōem nō exaudiam.ꝛ cauſam ſubiūgit. Man⁹ veſtre ſanguine plene ſunt.id eſt peccato. Johis.ix. Scimus quia peccatores deus nō audit Eſaye.lix. Peccata veſtra abſcōderunt faciem eius ne exaudiret. Secunda cauſa ex tepore orandi.quia non feruenter et deuote oramus.

Hieremie.xix. Orabitis ⁊ exaudiam vos cum que/
ſieritis me in toto corde veſtro.quaſi dicat nō aliter.
Tertia eſt.quia nō pſeuerat orando donec obtineat
Luce.xi. Si pſeuerauerit pulſans ꝓpter improbitatē
eius ſurget ⁊ dabit ei. Judith.iiij. Scitote qm̄ exau/
diet preces veſtras ſi pmāſeritis. Quarta cauſa eſt ex
diffidentia exauditionis. Jacobi pmo. Qui em̄ heſi/
tat nō eſtimet ꝙ aliquid accipiat. Ecci.xviij. Añ ora/
tionem ſepara animam tuam ⁊ noli eſſe quaſi homo
qui tentat deum.ſcilꝫ ſi velit audire. Quinta eſt. q̇a
nociuū vel indiſcretū eſt quod petitur.ſicut filij zebe/
dei Math.xx. Neſcitis quid petatis. Jacobi.iiij. Pe
titis ⁊ nō accipitis eo ꝙ male petatis. Deutro.pmo.
Cum ploraretis corā domino nō exaudiuit vos necꝫ
voluit acquieſcere voci veſtre. Sexta cauſa eſt. vt ma
gis ad petendū quis prouocet. Gregorius. Sancta de
ſideria dilatione creſcūt. Septima cauſa vt tāto cau
tius cuſtodiatur acceptum quod difficilius impetra
tur. Chryſoſtomus. Deus ad hoc beneficium ſuū ꝓ/
trahit vt nō ſit nobis vile quod donat. Octaua vt hu
milietur orans dum tardius exauditur.⁊ ſic duo bo/
na proueniūt.videlicet vt inſolens repmatur elatio.
et tamen petitionis nō ceſſetur affectus. Nona cau/
ſa eſt.vt in aliud tempus exauditio differat magis cō
gruum ⁊ vtile petenti.ſic Moyſes gloriam ſibi oſten
di petiuit.quam non tunc ſed poſtea meruit videre.
Decima cauſa.vt aliorum etiā ſuffragijs querat iu/
uari.ne forte ardua petitio vel preſumptio eum repri
mat.ſicut Ezechias miſit ad Eſayam vt oraret pro
ſe ⁊ pro populo. ⁊ Joſias ad Baldam prophetiſſam.

Item ad Rho.x. Obſecro vt iuuetis me orationib9 veſtris vt liberer ab infidelib9 qui ſunt in iudea. Mathei.xviij. Si duo ex vobis cōſenſerint. ¶ Aliqñ etſi negat vnum qd̓ forte minus expedit ꝓ eo datur aliud vtilius ⁊ melius. vt Paulo cui ſtimulus carnis non eſt ablatus vt virtus in infirmitate ꝑficeret. in eo vtilior ſepe eſt exercitatio tribulatōis ꝙ̄ quies ꝓſperitatis. licet hanc plus optemus. Ex his ꝑ cōtrarium pt̄ aduerti que valeāt ad exauditōem orationis. ſcꝫ culpe remotio. feruor ⁊ inſtantia. fidei ꝯfidentia. humilitas. ⁊ aliorū ſuffragia. ⁊ accepte gratie cū gratiarum actione ſtudioſa ꝯſeruatio. Et vt ea tm̄ petant a domino que ipſe nouit magis expedire.

De effectu orationis

Oratio irā iudicis placat Exodi.xxxij. Moyſes orabat dn̄m ⁊ placatus eſt dn̄s. Peccatorū veniam impetrat. Math.xviij. Om̄e debitū dimiſi tibi. Itē. dimitte nobis debita noſtra. Tentatōis impetū ſedat. Numeri.xi. Orauit moyſes ⁊ abſorptus eſt ignis. Vicia cordis expellit. Ps̄. Diſꝑge illos in virtute tua ⁊ deſtrue eos. In periculo liberat. ps̄. Inuoca me in die tribulatōis. A pericul' defendit. Math. xxij. Orate ne fiat fuga veſtra. De hoſtib9 vindicat. ij Paral'.xxij. Orauerūt Ezechias ⁊ Iſaias aduerſus Sēnacherib. Difficultates cōplanat. Joſue.vi. Vociferāte populo muri iericho corruerūt. Familiaritatem dei ꝯfert. ps̄. Prope eſt dn̄s oībus inuocātib9 eū Iſaie.lviij. Clamabūt ⁊ dicet. ecce aſſum. Impetrat dona ſpūſſancti. Actuū.ij. Repleti ſunt om̄es ſpūſcō

Luce.xi. Pater dabit ſpiritū bonū petentib⁹ ſe. Itē ſpiritū ſapientie. Iacobi pmo. Si qs veſtrū indiget ſapiētia. Item gratiā pdicandi. ad Eph. vi. Orātes p me vt detur mihi ſermo in aptione oris mei. Itē reuelatōem ſecretoꝝ. Hieremie. xxxiij. Clama ad me ꝛ annūciabo tibi gaudia ꝛ firma. Itē poteſtatē quorū libet miraculorū. Helyas orauit vt nō plueret. Itē p puero ſuſcitādo. Itē ſubſidia confert. ps. Oculi omnium in te ſperāt domine. Item ſubleuatōem quarū libet aduerſitatum. iij. Regum. viij. Fames ſi aborta fuerit vel peſtilentia.

In orōe dnica petunt ſeptē dona ſpūſſancti ɔtra ſeptē pctā mortalia.

Pater. Ad. Fiat. Panem. Et. Et. Sed.

	Spūs ſapie. Pater nr qui es in cel' ſcificetur nomē tuū. Cōtra ſupbiā
Charitas dei ſeu vita contēplatiua.	Spiritus intellectus Adueniat ꝛc. contra auariciam.
	Spiritus cōſilij. Fiat voluntas ꝛc. contra inuidiam.
	Spūs fortitudinis. Panē noſtrū. contra gulam.
	Spūs ſcie. Et dimitte nob ꝛc. ɔ iram
Charitas pxi ſeu vita actiua	Spūs pietat. Et ne nos ꝛc. ɔ acidiā
	Spirit⁹ timoris dm. Sed libera ꝛc contra luxuriam

De peccatis mortalib⁹

Quid ē peccatū. Dico ſm Auguſtinū. Pctm̄ eſt dictū vel factū vl' concupitū ꝯtra legē dei. Ergo trib⁹ modis peccat̄.ſ. loquēdo. faciēdo. ⁊ cōcupiſcēdo cōtra legē dei. Ideo de ſupbia. luxuria. auaricia ⁊ aliis peccatis trib⁹ modis debemus cōfiteri. puta q̄n ſupbiui in ore. quomō in mente. quomodo in corpe ❡ Que eſt illa lex diuina ⁊ ordinatio dei ad quā obligat deus omnes homines ſub pena peccati. Dico eſt iſta. vt bonū incōmutabile preferat̄ bono commutabili. vt volūtas dei ſemp preferatur volūtati ꝓprie et vt iudiciū ratiōis recte preſit ſenſualitati humane. et vt bonū honeſtum preferat̄ bono vtili. Quādo igitur quis facit cōtra has ordinationes peccat: ⁊ nobiliſſimā animā atq꜃ pulcerrimā a deo creatam reddit turpiſſimam ⁊ viliſſimam. ❡ Quid dicit Seneca de turpitudine ⁊ vilitate peccati. Dico ſic. Si ſcirē deos ignoſcituros ⁊ homines ignoturos tamē peccare nollem ꝓpter peccati turpitudinē ⁊ vilitatem. Quid ait Tullius. Dicit ſic. Si oēs deos oēſq꜃ homines occultare poſſimus. nil tamē auare. nihil iniuſte. nihil libidinoſe. nihil incōtinenter eſt faciendū. Ecce ſciſſima ꝟba paganoꝝ doctoꝝ. q̄d nos xp̄iani dicem⁹

De diuiſione peccati actualis

Quomō diuidit̄ peccatū actuale. Dico in pctm̄ veniale ⁊ mortale. ❡ Quid eſt pctm̄ veniale. Dico ꝙ eſt libido ſiue voluptas in creatura citra deū. vt ſʒ male cogitatōes ſine ꝯſenſu. ſil'r verbū ocioſum et mēdaciū ocioſuʒ. ❡ Quid eſt pctm̄ mortale Dico eſt libido ſiue voluptas ī creatura ſup̄ deū vel eq̄ deo. vl'

ſic ſm Ambroſiũ. Peccatũ mortale eſt p̄uaricatio legis diuine ⁊ celeſtiũ inobediẽtia preceptorũ vel mandatorũ. ¶ In quo ↄſiſtit illa p̄uaricatio legis diuine. Dico qñ volũtas ꝓpria preferṫ volũtati diuine. ⁊ quãdo ſenſualitas p̄fertur recte ratõi. ⁊ quãdo bonũ vtile preferṫ bono honeſto. ⁊ quãdo q̇s peccat cõtra preceptũ vel p̄cepta dei ſemꝑ eſt peccatũ mortale.

¶ Quare peccatũ diciṫ veniale. ⁊ quot modis deleṫ atq; curaṫ abſq; confeſſione. Ad p̄mum dico. ꝙ dicitur veniale. qꝛ facile mereṫ veniaȝ ⁊ nõ obligat ad penã eternam. Ad ſcd̃m dico ꝙ peccatũ veniale deleṫ ⁊ curaṫ deceȝ modis. Primo ꝑ generalẽ confeſſionem. Secũdo ꝑ tuſionẽ pectoris. Tertio ꝑ aſꝑſionẽ aque benedicte. Quarto ꝑ cordis contritionẽ. Quinto ꝑ dominicã orõem. Sexto ꝑ bñdictionem ep̄i. Septimo ꝑ ſumptionẽ euchariſtie. Octauo ꝑ cõdonatõem iniurie. Nono per extremam vnctionem. Decimo ꝑ fraternam compaſſionem. vnde verſus.

Confiteor. tundo. ſpargor. ⁊ conteror. oro.
Signor. edo. dono. ꝑ que venialia purgo.
Unctio pena leuis. compaſſio que fit egenis.

De dãnis prouenietibus ex vno peccato mortali

Quot damna ſeu quãta mala facit in nobis peccatũ mortale. Dico ſm Bonauẽturã. ꝙ ſubtrahit gratiã gratũ faciẽtem ſine qua nemo põt ſaluari. Mortificat merita p̄cedentia. annihilat ſanguinem chriſti redimentẽ. facit nos incurrere inimiciciã domi

ni.facit iniuriã angelo nos cuſtodiẽti. deformat no/
biliſſimã ⁊ pulcherrimã animã dei imaginem. facit
nos honorare diabolũ.facit nos reos eterni ſupplicij
debilitat noſtrã liberã voluntatẽ.elongat nos a be/
neficio dei.⁊ prouocat oẽs creaturas in vltionẽ inimi
corũ creatoris ſui. Supaddunt alij ꝙ peccatũ morta
le obſcurat intellectũ in cognitiõe veri quod maxime
notabũt ſtudentes. Itẽ tepefacit officiũ in opatione
boni.animã maculat.⁊ ad penã eternam obligat.cor
indurat.⁊ ad alia peccata trahit. Nã dicit Gregori⁹.
Peccatũ quod ꝑ penitentiã nõ diluit mox ſuo ponde
re ad aliud facit. Ecce quãta mala facit peccatũ mor
tale dilecti pueri.modica eñ in peccato eſt delectatio
ſed eterna eſt quã ꝓ illo patimur cruciatio.vt ait Ber
nard⁹ Momẽtaneũ ẽ qđ delectat.etnũ ꝟo qđ cruciat

De ſeptẽ peccatis mortalib⁹
Et primo de ſuperbia.

Q Uero quot ſunt pctã mortalia Dico ſeptem.q̃
ſignificant̃ ꝑ hanc dictionẽ (ſaligia) ſcꝫ ꝑ ſ.ſup/
bia.ꝑ a.auaricia.ꝑ l.luxuria.ꝑ i.ira.ꝑ g.gula.ꝑ i.inui/
dia.ꝑ a.acidia. ¶ Quid ait ſcriptura de ſupbia. De/
us ſupbis reſiſtit: humilib⁹ aũt dat gratiã. Dicit eti/
am.odibilis corã deo ⁊ hoibus eſt ſupbia. Quid ait
libellus q̃dam dictus.om̃e punctũ. Dicit ſic.vñ
Si tibi copia ſi ſapientia formaqꝫ detur.
Sola ſuperbia deſtruit omnia ſi comitetur
¶ Quid eſt ſupbia. Dico eſt amor ⁊ appetitus ꝓprie
excellẽtie. Quomodo ſe hꝫ ad vanam gloriã. Dico ꝙ

ſunt vnū peccatū. ſed differūt in hoc ꝙ ſuꝑbus appa/
ret ſibi intra ſe magnus. Sed vana gloꝛia cupit ap/
parere in oꝛe alioꝛum ꝑ laudem extra.

¶ Quot ſunt filie ſuꝑbie. Dico ſeptē ſm̄ Gregoꝛiuꝫ. Pꝛima eſt inobediētia. ⁊ eſt volūtas nolēs ſubiace/
re ſupioꝛi. Scd̄a iactātia. beromynge: vt ait Bonauē
tura. eſt qn̄ narrat ea que hꝫ vt laudeť. Sed alij dicūt
iactātia que alio nōie dꝛ arrogātia eſt quū quis attri
buit ſibi qd̄ nō habꝫ. Tertia hypocriſis. ⁊ eſt falſa vi
ta apparēs bona ⁊ exiſtēs mala Vn̄ hypocrita qui ſe ſi
mulat in aperto ⁊ viliter agit in occulto. Quarta eſt
curioſitas qn̄ ſuꝑbus diligenter inq̄rit rumoꝛes. ſ. vt
quid de ip̄o dicať. Quinta eſt ꝑtinacia. quādo q̄s di
ctū ſuum aut factū irreuocabiliter defendit ne videa
tur erraſſe. Sexta eſt diſcoꝛdia. qn̄ quis fugit minoꝛa
tōem ſapiētie diſſentiēs ab his que ab alijs dicuntur.
Septima eſt nouitatū p̄ſumptio. qn̄ quis ꝓpter appa/
rentē nouitatē ſcie vel ſapiētie ſe cupit oſtentari

De inani gloꝛia

Quid eſt inanis gloꝛia. Dico ꝙ eſt amoꝛ laudis
pꝛope ꝓpter apparētem excellētiam. Hō em̄ ina/
nis gloꝛie cupit laudari ⁊ magnus reputari ab homi
nib9. ⁊ habet in ſe appetitū laudis ⁊ appetitū fauoꝛis.
Eſt aūt fauoꝛ excellētia alicuius in coꝛde. ſed laus eſt
excellētia alicui9 in oꝛe. Quid dicit Hieremias ꝓphe
ta de inani gloꝛia. dicit. Nō gloꝛieť ſapiēs in ſapiētia
ſua. nec foꝛtis in foꝛtitudine. nec diues in diuitijs ſu/
is. ſed in hoc gloꝛieť ſcire ⁊ noſcere me dicit domin9.
¶ Quare nemo debꝫ ſibi ſumere gloꝛiā in ſapientia

Foꝛtitudine ꝛ diuitijs ſuis. Dico. qꝛ gloꝛia eſt ꝓꝛia beatitudini trinitatis. Nõ igiť gloꝛiandũ eſt in ſapiẽtia que attribuiť filio. nõ in foꝛtitudine que attribuiť patri. nõ in diuitijs tẽpoꝛalibꝫ ꝛ ſpũalibus que attribuũtur ſpiritui ſcõ. Quid Cato dicit de vana gloꝛia. Dicit ſic. Nõ te collaudes. nec te vituperes ipſe. Hoc faciunt ſtulti quos gloꝛia vexat inanis.

De ſcdo pctõ moꝛtali Auaricia

Quid eſt auaricia. Dico ſm Auguſtinũ. Auaricia eſt appetitus inoꝛdinatus nõ ſolũ pecunie. ſꝫ et altitudinis ꝛ ſciẽtie. Vel ſic. eſt inoꝛdinatus appetitus habẽdi. Quid eſt auaricia ſm Paulũ. Dico. auaricia eſt ydoloꝝ ſeruitus. Quare hoc. qꝛ ſicut virtuoſus ponit totã ſuã ſpem. fidem ꝛ charitatẽ in deũ. ita auarꝰ ponit totã ſuã ſpem fideꝫ ꝛ charitatẽ in pecunias ſuas quas colit tanq̃ deum. ꝛ ideo ſua ſunt ydola

¶ Quid Salomõ ait de auaricia Nihil eſt ſceleſtiꝰ ꝛ iniquus q̃ amare pecunias. Quid adhuc. Qui abſcõdit frumẽta malediceť in ꝓpulis. bñdictio aũt ſuper caput vendentiũ. Quid Dauid ait ꝯtra auariciã. dt Meliꝰ eſt modicũ iuſto ſuꝑ diuitias pctõꝝ multas Quid Areſtꝫ. ait de auaricia. Dicit. appetitꝰ diuitiaꝝ creſcit in infinitũ. Quid Juuenalis dt de auaricia.

Sed quid diuitias hec ꝑ toꝛmenta coactas
Cum furoꝛ haud dubius cuꝫ ſit manifeſta phꝛeneſis
Vt locuples moꝛiaris egenti viuere fato
Interea pleno cum turget loculus oꝛe
Creſcit amoꝛ nummi quãtum ipſa pecunia creſcit

¶ Quid Cato dicit Deſpice diuitias ſi vis aĩa eſſe

beatus. Quas qui concipiũt mendicãt ſemꝑ amare. Quid Virgili⁹. Auri ſacra fames quid nõ moꝛtalia cogis Pectoꝛa ꝛc.

¶ Quot ſunt auaricie ſpecies. Dico qͥnqꝫ ſm Bonauenturã. ſ. ſubtractio elemoſyne. furtũ. rapina. vſura. et ſymonia. Quid Tullius ait de auaricia. Dicit. nihil eſt tam anguſti ꝛ parui animi ꝙ amare diuitias. Idẽ in paradoxis. Impꝛobi aũt ꝛ auari qm̃ incertas atqꝫ in caſu poſitas poſſeſſiones habent ꝛ plus ſp appetũt. nec eoꝝ quiſqꝫ inuẽtus eſt cui qͦd haberet eſſet ſatis. nõmodo nõ copioſi ac diuites ſed etiã inopes ꝛ pauperes eſtimãdi ſunt. Itẽ nihil eſt honeſti⁹ ꝛ magnificẽtius ꝙ pecuniã ꝯtemnere ſi nõ habes. ꝛ ſi habeas eam ad beneficentiã ꝛ liberalitatẽ cõferre. Quid Saluſtius ait de auaricia. Dicit. auaricia fidẽ. pꝛobitatem. ꝛ ceteras bonas artes ſubuertit. quã nemo ſapiẽs cõcupiuit. animũqꝫ virilẽ effeminat. ſemꝑ eſt infinita ꝛ inſatiabilis. neqꝫ em̃ copia neqꝫ inopia minuitur. Quid Hieronym⁹. Dico. auaro tã deeſt qͦd habet ꝙ quod nõ hꝫ Idẽ dicit. auar⁹ etiã obolo indiget

¶ Quot ſunt filie auaricie. Dico ſm Gregoꝛiũ: ſeptẽ que ſunt ꝓditio. fraus. fallacia. piurium. inquietudo mentis. violentia. obduratio. Pꝛoditio pſonarũ ꝓpter lucrũ tempoꝛale Fraus quãdo ꝓximus decipitur vel eius bonũ impeditur. Fallacia que fit in v̾bo qñ cauſa lucri ꝓximus decipiẗ. Periuriũ quod fit in venditione vel emptione. Inquietudo mẽtis quãdo qͥs nõ ceſſat cogitare pꝛo diuitijs cõgregãdis. Violẽtia quando ꝑ vim alioꝛũ bona rapiunẗ. Obduratio coꝛdis quãdo excedit qͥs in retinendo nolẽs petẽtibus ꝛ

ſndigentib⁹ diſtribuere de his q̇bus ip̄e abundat. ¶ Quot filias genuit diabol⁹ ex matre auaricia. Di co ſeptem. quas magnifice deſpōſauit diuerſis in hoc mundo. Primo ex ip̄a genuit ſymoniā quā deſpōſa/uit p̄latis. Secūdo rapinā. quā deſpōſauit militib⁹. Tertio vſurā. quā dedit burgenſib⁹. Quarto fraudē quam dedit mercatorib⁹. Quinto ſupbiam. quā de/dit mulierib⁹. Sexto hypocriſim. quā dedit ſpiritua/lib⁹. Septimo luxuriā. quā deſpōſauit omnibus

De tercio pctō mortali. ſ. Luxuria

Quid eſt luxuria. Dico: eſt libidinoſus volupta tis appetitus. hoc intellige de appetitu qui eſt cū conſenſu ratiōis. ¶ Quotuplex eſt tentatio luxurie. Dico quintuplex. vn̄⁹. Viſus. ⁊ alloquiū. cōtactus. ⁊ oſcula. factū. Quid dicit dn̄s de luxuria. Si videris mulierē ⁊ concupiueris eā: iā mechatus es in corde tuo. Ideo q̄ꝫ p̄mum venit tētatio abijce ne ꝯſentias. Quid Paulus ait. Nolite errare. neqꝫ fornicarij ne/qꝫ adulteri. neqꝫ molles regnū poſſidebūt. Quid di cit Catho de luxuria. Luxuriā fugito ſimul ⁊ vitare memēto Crimen auaricie que ſunt contraria menti. Quid Tullius ait. Cū omi etati turpis ſit: ſenibus vero turpiſſima eſt Quid Boetius de ea dicit libro tertio pſa ſeptima. Triſtes vero voluptatū exitus q̇ſ quis reminiſci libidinū ſuarū volet intelliget Idem eodē libro metro ſeptimo. Habet hoc voluptas oīs Stimulis agit feruētes Apiūqꝫ par volantum Vbi grata mella fudit Fugit ⁊ nimis tenaci Ferit icta cor da morſu. Quid Tullius ait de ea. Dicit libidino/

ſa etem̄ adoleſcētia effetum corpus tradit ſenectuti. Idē dicit. Nulla capitalior peſtis ꝙ̄ voluptas corporis que hominibus a natura eſt data. Idē Tullius. Nullum facinus adeo malū ad quod ſuſcipiendū nō libido voluptatis impellit. Idē Tullius dicit. Impedit cōſilium voluptas rōni inimica ac mētis ꝑſtringit oculos. nec habet vllum cum virtute ꝯmertium.

¶ Quāta mala facit luxuria. Dicit ad hoc Gregoriꝰ nazāzenus Luxuria ſenſum hebetat. intellectū ꝯfundit. maculat volūtatem. obſcurat memoriā. euacuat cerebrū. obnubilat viſum. vultū reddit pallidū. anhelitū facit fetidū. ſeniū inducitur. vita minuiť. ⁊ morti ocius appropinquatur.

¶ Quot ſunt ſpēs luxurie aut differētie Dico ſex. ſcʒ Fornicatio. ⁊ eſt q̄ ſoluta ꝑſona cognoſcit aliā Adulteriū eſt luxuria qua ꝯiugalis thorus violať. Stupꝝ eſt quo virginalis incorruptio deflorať. Sacrilegiuʒ eſt q̊ ꝑſona religioſa fornicať Inceſtꝰ eſt coitꝰ ꝯmiſſus ꝯ̄ cōſanguinitatē vel affinitatē. vel ꝯpaťnitatē Pctm̄ ꝯtra naturā. eſt beſtiale ⁊ nō naturale. ¶ Quot ſunt filie luxurie. Dico ſm̄ Gregoriū octo. Cecitas mētis qꝛ in opere luxurie lumen rōnis quaſi extinguiť. Inconſideratio. qꝛ tantū immergiť delectatōi vt nec de amaritudine mortis cogitat. nec penā inferni formidat. Incōſtantia. quia volūtas eſt adeo libidine carnis fracta vt ſtatū ſuū ſeruare nō valeat. ſed iam illuc iā iſtuc labitur. Precipitatio. qꝛ feruore cōcupiſcentie frequēter ſe periculo exponit. Amor ſui quo quis deſiderat longā vitā vt ſuam expleat voluntatē. Odiū dei. quia deteſtať deū tanꝙ̄ impedimētum carnalis

cōcupiſcentie. Amor ſeculi. quo quis penes ſeculū ſe manere deſiderat propter fruitionē voluptatis carnalis. Deſperatio. quia volūtas excecata pſenti voluptate de beatitudine deſperat.

De quarto pctō mortali ſcz Ira

Quid eſt ira. Dico ſm Caſſiodorū. Eſt motus animi ɔcitatus ad penā prouocāti inferendam. Rabanus dicit ꝙ eſt oīs malus motus ad nocendū. Quid dicit Salomō de ira. Scelus ⁊ iracūdia minuent dies hoīs ⁊ ante tēpus ſenectā inducēt. iucūditas cordis hec eſt vita hoīs ⁊ theſaurus ſine defectōe. Vñ quidā. Si vis incolumē ſi vis te reddere ſanum Curas tolle graues. iraſci crede prophanum. Quid Catho de ira dicit. Litem inferre caue cum quo tibi gratia iūcta. Ira odiū generat. cōcordia nutrit amorem. Idem dicit. Iratus de re incerta cōtendere noli Impedit ira animū ne poſſit cernere verū.

¶ Quotuplex ē ira. Dico duplex. ſ. ira p zelum. ⁊ ira p vicium. Ira p zelum. i. amorē eſt: que vult punire pſonam vt vicium eius deſtruat ⁊ in melius emendetur. ⁊ ita legitur chriſtū ſepe iraſci iudeis. Et hac ira ſuperiores debēt iraſci inferioribus delinquētibus. et iſta nō eſt peccatum. Sed ira p vicium eſt que vult ꝙ perſona puniatur vt vindicta ſumetur.

¶ Quot ſunt filie ire. Dico ſm Gregorium ꝙ quinqꝫ. Rixa. ⁊ eſt quando homines mutuo ſe percutiunt et conſiſtit in facto. Tumor mentis. ⁊ eſt quando homo cogitat in corde ſuo diuerſas vias vindicte.

Contumelia.qñ homo voce ſua dicit corã multis de fectũ alterius in vituperium ꝛ dehonoratiõem eius.
Indignatio eſt volũtas vindicãs ſe ꝑ ſignũ moleſtie
Blaſphemia eſt vicium prorũpens in verba iniurio-ſa contra deum ꝛ ſanctos.

De q̃nto pctõ mortali Inuidia

QUid eſt inuidia. Dico ſm Auguſtinũ. Eſt odiũ felicitatis aliene. Itẽ ſm Damaſcenũ.eſt triſti-cia de alienis bonis. Ergo oĩs inuidia includit in ſe odiũ ꝛ triſticiã. ꝛ ergo inuidia eſt morbus animi val de moleſtus. Quid dicit Salomõ de inuidia.vt eſt triſticia dicit ſic. Sicut tinea nocet veſtimẽto ꝛ ver-mis ligno.ita triſticia nocet cordi Hoc eſt ſicut tinea corrodit ꝛ ↄſumit veſtimentũ.ita inuidia ſeu triſticia cõſumit oſſa ꝛ carnem. ¶ Quot ergo mala facit inui dia. Dico quinqȝ. Corpus deſiccat. ſanguinẽ conſu-mit.faciẽ pallidat.gemebũda ſuſpiria efficit. ꝛ cor ſꝑ triſte reddit. Quid Catho ait. Inuidiã nimio cultu vitare memẽto. Que ſi nõ ledit tñ hanc ſufferre mo-leſtum eſt. ¶ Inter quos reperit̃ inuidia. Dicit Are-ſtoteles.reperit̃ inter pares.vt lutifigulus odit lutifi gulũ.ſic tabernarius tabernariũ. ꝛ qui ſunt eiuſdem queſtus ſibijnuicem inuident.

¶ Quot ſunt filie inuidie. Dico ſm Gregoriũ.q̃nqȝ
Odiũ eſt volũtas affectãs ꝓximo malũ ꝛ nolens ei bonũ. Suſurratio eſt quãdo q̃s ſeminat diſcordias inter fratres ꝑ quaꝫ amicicia tollit̃ inter amicos qð eſt grauiſſimũ peccatũ. Et ideo dicit Salomõ. Nõ appelleris ſuſurro ꝛ bilinguis maledictꝰ eſt.multos

ē̄m turbauerūt pacē habētes. Detractio. ⁊ eſt aliene bone fame ꝑ occulta verba denigratio. Caue libēter audire detractiones. vñ detractoꝛ ⁊ eius auditoꝛ eadem pena puniunt. vñ Bernardꝰ. Detrahere aut detrahentē audire q̄d hoꝝ dānabilius ſit nō facile dixerim. Exultatio in aduerſis proximoꝛū. Afflictio in bonis pꝛoximi.

De ſexto pctō moꝛtali ſcꝫ Gula

Quid eſt gula. Dico ſm Auguſtinū. ꝙ eſt immoderata cibi auiditas. Quid dicit Paulꝰ de gula. Dicit ꝙ plures moꝛiunt crapula q̄ꝫ gladio. Quid dñs ait. Erat quidā diues qui induebat purpura et epulabatur ſplēdide. qui moꝛtuus ſepultꝰ eſt in inferno. Quid Salomō. Noli auidus eſſe in epulatione in multis eñ eſcis erit infirmitas. Itēꝫ dicit. pꝛopter crapulā multi obierūt. qui aūt abſtinēs eſt adiiciet vitam. Quid Cato ait. Hoc bibe quod poſſis ſi tu vis viuere ſanus. Moꝛbi nancꝫ mali cauſa eſt quecunqꝫ voluptas.

	Pꝛimo qñ añ ſtatutū tp̄s comedit
Quincꝫ modis peccatur circa gulam	Secūdo quādo nimis delicate
	Tertio qñ nimis abūdanter ſumit.
	Quarto qñ nimis ardenter ſumit.
	Quīto qñ nimis ſtudioſe cibū ꝑpas

¶ Quot ſunt filie gule. Dico ſm Greg. q̄ncꝫ. Inepta leticia. ⁊ eſt ꝑ exterioꝛes luſus excitans libidinē in guſtu. Scurrilitas. q̄ ꝑ verba carnalia libidis guſtuꝫ cōmouet. Inmūdicia. ⁊ eſt vomitus ⁊ eructatōes fetide ac luxuria. Multiloquium. qđ eſt multiplicatio

verboꝝ preter vtile ⁊ neceſſitatē. Hebetudo mentis et eſt ſubuerſio ratiōis ex nimia repletione ventris

De Ebrietate

Quid eſt ebrietas. Ad hoc rn̄det Seneca. Ebrietas eſt volūtaria inſania que om̄e viciū incēdit et detegit. ⁊ omnē verecūdiam malis obſtantē remouet. Quid Paulus ait de ebrietate. Nolite inebriari vino in quo luxuria eſt. Quid Hieronym⁹. Nihil tā obruit memoriā ſicut frequēs cōmeſſatio ⁊ ebrietas. Auguſtin⁹ ait Ebrietas eſt blādus demon. dulce venenū. ſuaue peccatū. quā qui habet ſeipſum nō habet. Quid adhuc idē ait. Ebrietas aufert memoriā. ſenſum diſſipat. cōfundit intellectū. cōcitat libidinem. inuoluit linguā. corrūpit ſanguinē. om̄ia membra debilitat. diminuit vitā. ⁊ oēm ſalutē exterminat. Quid Therētius. Sine cerere ⁊ baccho friget ven⁹. Quid Horatius. Quid nō ebrietas deſignat. apta recludit Spes iubet eſſe ratas: ad prelia trudit inermem.

¶ Queritᷣ. an ebrietas ſp̄ ſit pctm̄ mortale. Dico ꝙ bibiturus p̄t ſe tripl'r habere circa potū Uno mō qn̄ neſcit potū eſſe fortē ⁊ potentē inebriare. tūc ebrietas p̄t eſſe ſine pctō. Alio mō quādo potū ſcit eſſe fortem nō tn̄ exiſtimat ip̄m potentē inebriare. ⁊ ſic eſt veniale Tertio qn̄ ſcit potū fortē ⁊ potentē ⁊ vult poti⁹ ebrietatē incurrere ꝙ̄ a vino abſtinere. tūc ē pctm̄ mortale

De ſeptimo pctō mortali Accidia.

Quid eſt acidia. Dico. eſt torpor animi q̄ q̄s bona negligit inchoare. ⁊ inchoata faſtidit ꝑficere.

et tedet audire verbũ dei Quid Cato dicit de acidia Segniciẽ fugito q̃ vite ignauia ferẜ Nam dũ aimus languet ↄſumit inertia tẽpus. Quid Laborint⁹ De ſidiã mẽtis elegia vidit ⁊ inquit. Incipe ꝑficias auxi liante deo. Quid Salomõ ait ↄtra pigros. Dicit ſic Vadc ad formicã o piger ⁊ ↄſidera vias eius ⁊ diſce ſapientiã. parat in eſtate cibũ ſuũ ⁊ cõgregat in meſſe quod comedat. Quid adhuc. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo eſtate ⁊ non dabiẜ illi.

¶ Quot ſunt filie acidie. Dico ſm̃ Gregorium ſex. Malicia eſt qua quis deteſtatur bona ſpũalia. Ran cor eſt amaritudo cordis incluſa ſuper talẽ vel tales. Puſillanimitas eſt qua quis immoderate diffidet ꝺ proprijs virib⁊ recuſat in id tẽdere qđ eſt ſue potẽtie ↄmenſuratũ. Deſperatio eſt diffidẽtia de ꝓprijs viri bus ⁊ de auxilio dei ad implẽda ardua ⁊ de remune ratõe dei. Torpor eſt grauedo tepida ⁊ pigra ad ꝑfi ciendũ inchoata Vagatio mẽtis eſt qua interno gau dio deſtitutus ⁊ ꝑuatus eſt nõ habens in ſe quo dele cteẜ. ⁊ ideo euagaẜ ad res exteriores illicitas querẽs in illis conſolationem ⁊ quietem.

De ſacramentis eccleſiaſticis

Quot ſunt ſacramenta eccľiaſtica. Dico ſeptẽ ſcꝫ Baptiſmus. ↄfirmatio q̃ fit in frõte ꝑ ep̃m ordo. corpus xp̄i. matrimoniũ. penitẽtia. ↄfeſ ſio. extrema vnctio. vñ⁹. Abluo. firmo. cibo. piget. vx or. ⁊ ordinat. vngit. Per abluo intelligiẜ baptiſmus. ꝑ firmo ↄfirmatio. ꝑ cibo corpus chriſti. per piget pe nitentia. ꝑ vxor matrimonium. ꝑ ordinat ordo. ⁊c̃.

Item. Ordo.cōiugium.fons.cōfirmatio.panis. Unctio poſtrema.cōfeſſio.ſunt ſacramēta.¶ Quare dominus noſter ieſus chriſtus ꝓuidit de iſtis ſeptē ſacramētis. Dico ꝙ cōtra ſeptē infirmitates ſpūales que ſunt in nobis. Sūt eñ due infirmitates.ſ. generalis que eſt infirmitas pene. ⁊ infirmitas culpe.

Infirmitas culpe eſt triplex.
- Eſt culpa originalis. contra quam eſt baptiſmus.
- Eſt culpa actualis mortalis. cōtra quam eſt penitentia.
- Eſt culpa actualis venialis.cōtra quam eſt vnctio

Infirmitas pene eſt q̄druplex
- Ignorātia.cōtra quam eſt ordo
- Infirmitas.ꝯtra quā ē ꝯfirmatio.
- Malicia.cōtra quā eſt euchariſtia
- Cōcupiſcētia.ꝯ quā eſt mr̄imoniū

¶ Hic iuuenes debēt notare ꝙ ſaltē tribus mōis debēt cōfiteri de trib⁹ ſacramētis. De baptiſmo ꝙ animā ſuā ꝑ baptiſmū purgatā ſepe multis peccatꝭ maculauerūt. De penitētia.ꝙ cōfeſſionem ſuā ⁊ penitentiā nimis diſtulerūt.⁊ imꝑfecte fecerūt.⁊ ꝙ magis ex coactiōe aut timore aut cōſuetudine penitentiā ⁊ cōfeſſionem egerint q̄ȝ ex charitate. De euchariſtia ꝙ ſacramentū altaris ſine deuotione cū immundo corde adorauerūt. oculis impudicis reſpexerūt.⁊ debitam reuerentiam non fecerunt.

De ſeptē donis ſpiritusſancti

Quot ſunt dona ſpiritusſancti. Dico ſeptē.vn⁹. Sap.intel.cō.for.ſci.pi.ti.collige dona. Sap.i.

ſapientia in diligendo ꝛ contemplando diuina.
Intel.id eſt intellect⁹ in ꝯgnoſcēdo q̄ttuoꝛ nouiſſima
Con.i.ꝯſiliū in docēdo ꝛ eligēdo bonū ꝛ declinādo a malo. Foꝛ.i.foꝛtitudo in ſuſtinēdo ꝛ reſiſtēdo tētationibꝫ.Sci.id eſt ſciētia in ꝯuerſando ꝛ meip̄m cognoſcendo. Pi.id eſt pietas in compatiēdo pꝛoximo. Ti.id eſt timoꝛ dei in reuerēdo ꝛ ad malum fugiendum ꝛ ad ſalutem anime querendum.

¶ Quare dicūtur dona ſpirituſſancti. Dico ideo.q̄a infundit nobis ea ſpirituſſanctus cū gratia gratū faciente Et ideo q̄ eſt extra peccatū moꝛtale habet in ſe gratiā ſpūſſancti ſimul cū iſtis donis.ꝛ recedēte gratia ꝓpter peccatū moꝛtale etiā recedūt iſta dona.

¶ Quid operant̄ iſta dona in nobis. Dico ꝙ expellunt a nobis ſeptem peccata moꝛtalia. Timoꝛ expellit ſupbiam. Conſiliū auariciam. Pietas inuidiam. Intellectus gulam. Sciētia iram. Sapiētia luxuriā que eſt quaſi quedam inſania. Foꝛtitudo acidiaꝫ: que mētem reddit ad bona impotentem.

De ſeptē opibꝫ miſcđie coꝛpalibꝫ

Quot ſunt opa miſcđie coꝛpalia. Dico ſeptē. vñ Viſito.poto.cibo.redimo.tego.colligo. condo

Septem opera miſericoꝛdie coꝛpalia.

Pꝛimum.viſitare infirmos.
Secūdum.potare ſitientes
Tertium.cibare eſurientes
Quartū.redimere captiuos
Quintum.veſtire nudos
Sextum.colligere peregrinos
Septimum.ſepelire moꝛtuos.

Debēt pueri iſta opa miſcðie impmere memorie.vt cū poſtea facultatē habuerit ſe in his exerceāt. q2 iſta opa ſunt deo acceptiſſima. ¶ Quid dicit dñs de eis in euāgelio. Dicit ad illos q̄ dānati ſunt. Ego eſuriui ꝛ nō dediſtis mihi ad manducandū.ego ſitiui ꝛc.

De opibus miſericordie ſpiritualibus

Quot ſunt opa miſcðie ſpūalia. Dico ſeptē.vñ9.
Corripe.ſuade. doce.dimitte.ſolare.fer.ora.

Primum eſt.corripe peccantem.
Secundum.ſuade dubitanti
Tertium.doce ignorantem
Quartum.dimitte in te peccāti
Quintum.conſolare triſtantes
Sextum.fer tibi iniuriantes
Septimum.ora pro ſalute omniū

Septē opera miſericordie ſpiritualia.

De octo beatitudinibꝯ anime.

Quot ſunt beatitudines aīe. Dico ſt3 octo.vñ9.
Pauptas ſpiritus.mitis.lugens.miſerenſqꝫ.
Juſticiam.petere.cor mundum.pa.perſequeſqꝫ.

¶ Quid dicit dñs in euāgelio de iſtis beatitudinibꝯ
Beati pauperes ſpiritu. qm̄ ipſorum eſt regnū celoꝝ
Beati mites.quoniam ipſi poſſidebūt terram
Beati qui lugent.quoniam ipſi conſolabuntur
Beati qui eſuriūt iuſticiam. quoniā ipi ſaturabūtur
Beati miſericordes.quoniā ipſi miſcðiā ꝯſequenꝰ.
Beati mūdo corde.quoniā ipſi deum videbūt
Beati pacifici.quoniā ipſi filij dei vocabuntur.
Beati qui pſequutionem patiuntur propter iuſticiā quoniā ipſorum eſt regnum celorum

De peccatis alienis

Quot ſunt pctā aliena. Dico nouem. que patent in his verſibus ſequentibus.
Juſſio. conſilium. conſenſus. palpo. recurſus.
Participans. mutus. non obſtans. nō manifeſtans
Juſſio. id eſt alijs iubere vt malū faciant proximo ſuo
Conſilium dare alijs vt malum faciant
Conſenſus. dare ꝯſenſum ad malefaciendū alteri
Palpo. i. laudare raptorē vel malefactorē ꝺ pctō ſuo.
Recurſus. i. hoſpitari fures ꝛ maleficos. ꝛ eos defen(dere)
Participās. i. habere partē de bonis ablatis
Mutus. id eſt doloſe furtum vel rapinā tacere.
Non obſtans. i. nō reſiſtere peccantibus quādo ſine periculo facere poteſt.
Non manifeſtans. id eſt nō reuelare ꝛ manifeſtare rē ablatam quando ꝛ vbi poſſet hoc facere.

De peccatis in ſpiritūſanctum

